Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26826
Copyright: Admont, Benediktinerstift



45

et. Quom aperti sunt oculi tibi.
Respondit: Ille homo qui dicitur
ihesus lutum fecit: et uncxit oculos meos. et dixit mihi. Vade
ad natatoriam siloe: et lauare. et abii et lauit. et uidi. Dixerunt
ei. Vbi est ille: Ait. Nescio.
Adducunt eum ad pharisaeos. qui
caecus fuerat: Erat autem sabbatum quando lutum fecit ihesus et
aperuit oculos eius. Interrogabant eum pharisei. quomodo
uidisset: Ille autem dixit eis.
Lutum posuit mihi super oculos. et
lauo et uideo. Dicebant ergo
pharisaeis quidam. Non est hic
homo a deo. qui sabbatum non custodit. Alii dicebant: Quomodo po
test homo peccator haec signa
facere: Et scisma erat inter eos.
Dicunt ergo caeco iterum. Tu quid
dicis de eo qui aperuit oculos tuos: Ille autem ait: quia p
pheta est. Non crediderunt ergo
iudaei de illo quia caecus fuisset et
uidisset donec uocauerunt pa
rentes eius qui uiderat: et interro
gauerunt eos dicentes. Hic est
filius uester quem uos dicitis quia
caecus natus est: Quomodo nunc
uidet: Responderunt eis pa
rentes eius. et dixerunt. Scimus quia
hic est filius noster: et quia cae
cus natus est: quomodo autem
nunc uideat nescimus. Ipsum
interrogate: Etatem habet de
se loquatur. Haec dixerunt paren
tes eius quia timebant iudaeos.
Iam enim conspirauerant iudei. ut
si quis eum confiteretur xpm. extra sy
nagogam fieret. Propter ea paren
tes eius dixerunt: etate habet ipm
interrogate: Vocauerunt ergo iterum
hominem. qui erat caecus. et dixe
runt ei. Da glam deo. Nos
scimus quia hic homo peccator est.
Dixit ergo ille: Si peccator est nesciO.
unum scio quia cum caecus esset in iudeo.
Dixerunt ergo illi. Quid fecit tibi.
quomodo aperuit tibi oculos. Re-